Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



dare. Verum quia scriptura legis uni tunc
populo israhel committenda · gratia uero euan
gelii ad omis per orbē nationes apostolis praedi
cantib; erat puentura, recte ad discendā acci
piendamq; legē solus moyses ascendit in montē,
Doctrinam uero euangelii apti simul omnes in
monte cū dno positi auscultantib; turbis au
dierunt. sed & audierunt sci spis quo haec eadē
gratia & ueritas euangelii manifestius ecclesiis
data est. Ñ apostoli solummodo. uerum etiam
plurima simul caterua fideliū in caenaculo mon
tis sion constituta suscepit & hoc in uariarū diui
sione linguarū. ut tali esset miraculo ecclesia
cunctarum p orbem gentiū linguis dm conlau
datura signaretur; Daboq; inquit tibi tabu
las lapideas & legem ac mandata quae scripsi ut
doceas eos, Huic simile est illud euangelii
quod supra posuimus. Docentes eos seruare
oma quaecumq; mandaui uob, Non ergo moy
ses. Non apostoli. Ñ qui libet doctorū alia debet
populū di docere praecepta quam quae ipse dnus
docuit. quaeq; consilii sui decreto nobis obser
uanda praescripsit. & in quorū obseruatione
uitam nos habere aeternā uoluit, sicut Nec